

Sigismundus primus rex Poloniae,
magistratui plebique Braunsbergensi.

138

Cum iam dudum variis multorum re-
lationibus didicissemus, quomodo vos in di-
vine maiestatis contumeliam, adversus ec-
clesiasticam, simulque nostrae superioritatis
authoritatem, ac contra quietem et statum
reipublicae, moremque maiorum vestrorum,
abiecta sacrae religionis observantia toti-
us christiani orbis consensu firmata, no-
vam et apostaticam sectam propria teme-
ritate induaissetis, venerabile Eucharistiae
sacramentum, Missae sacrificium, et sta-
tuas sive imagines sanctorum, indignis
et abominandis modis tractassetis, eiectis
catholicis predicatoribus, apostaticos crimi-
natores instituissetis, ac propterea etiam
contra capitaneum istius nostrum, seditio-
nem et periculosum tumultum in eccle-
sia vestra parochiali insolenter excitas-
setis, dominum episcopum vestrum loci
ordinarium, cuius iurisdictionem contem-
ptui habuistis, nec non alias ecclesiar-
sticas personas, per predictos predicatores
vestros, insignibus contumeliis, publicis de-
clamationibus affecissetis, sacerdotes ac Dei
ministros suis proventibus et alimentis
ac domiciliis privassetis, eaque prophanis
vestris

vestris usibus deputassetis, ecclesias ac mona:
stera spoliassetis, ac pleraque alia indigna
commisissetis, nostris ac praefectorum ariis
nostra Maniemburgensis literis, saepenumero
vos admonuimus, vobisque severius man:
davimus, ut ad mentem saniozem rede:
untes ac resipiscentes ab huiusmodi et
similibus ausibus et temeritate abstine:
retis, ecclesiasticis suos proventus, et ecc:
lesiis adempta restitueretis, omniaque in
pristinum statum reponeretis, quibus man:
datis nostris cum minime obtemperas:
setis, sed ea prevaricantes, in ceptis hu:
iusmodi vestris pertinaciter hactenus per:
maneat, ita ut post discessum Lutherani
nullum catholicum praedicatorum in hunc
usque diem admiseritis, nec religiosos in
suo monasterio verbum Dei dissemina:
re passi fueritis, nos qui in aliis civi:
tatibus et toto regno nostro similem ve:
ditionum ac turbarum pestem Deo adiu:
vante exterminare suscepimus, in vos eti:
am omnes et totam universitatem vestram
providere, et id quod equitas postulat, ve:
straque meretur audacia, decernere iure pos:
semus. At cum plerosque civium inno:
centes, et praedictis prevaricationibus mini:
me consentire intelligamus, ideoque pro:
nunc duntaxat sequentes, videlicet Georgium
Rabe praesensulem, Leonardum de Rossen,
Simonem

565

Simonem Eberth, Joannem Luthke, Petrum Kirsten etc: quos praecipuos huiusmodi malorum authores esse accepimus, per has nostras literas citationas, sive publicum edictum, peremptorie citamus, ac regia nostra auctoritate citari mandamus, ut quarta die post felicem nostrum ingressum in Elbingum, coram nobis in propriis eorum personis ibidem compareant, de supradictis criminibus et excessibus rationem reddituri, et procuratori fisci nostri legitime responsuri, atque ostensuri se praedictis mandatis et admonitionibus nostris cum effectu paruisse, alioquin audituri se, ob praemissa facinora et prevaricationes, penas de iure in huiusmodi delicta constitutas, decerni et promulgari, ac legitime executioni demandari, certos esse eos volentes, quod etiam ipsis non comparentibus, in eorum contumaciam ad omnia supradicta contra ipsos procedetur, ulteriori dilatione remota. Volumus praeterea et decernimus, has nostras citationes et publici edicti literas, ut eo commodius ad singulorum notitiam deveniant, in consulari congregatione primum publicari, et deinde aliquo die convenienti, in valvis ecclesiarum et monasterii, locis editionibus ac patentibus, more aliorum edictorum publicorum, affigi et publicari, eamque publicationum

omnes

omnes et singulos perinde ac si
in eorum proprias personas executio
facta esset. Datum 1526.